



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Annvs Diervm Memorabilivm Societatis Iesv. Sive
Commentarius quotidianae virtutis, notabilem vnius, vel
plurium in Societate vitâ functorum, virtute quapiam
insignium memoriam in menses diesque ...**

Nádasi, János

Antverpiae, 1665

XVIII. Die Maii.

urn:nbn:de:hbz:466:1-9625

XVIII. DIE MAII.

P. IOANNES PAVLVS NAUAROLA.

Ita'us Ro-
ma. 18. Ma j
1597.

Superior.

Oratio

Hic eam, in qua natus erat nobilitatis ingenitæ indolem ad studium virtutis ita traduxit, vt modestissimus, atque humanissimus fuerit erga omnes. Hoc in laude singulari, ponitur in eius elogio, quod animo suo semper inuigilans, licet omnia, quæ ab eo rectionis munus postulabat accuratè perficeret, nullâ tamen occupatione se à Dei præsentis memoriâ vnquam auelli pateretur, vsuque illam vsque adeo combiberet, vt factis ipsis illud Eliæ dicere videretur, *Viuu Dominus, in cuius conspectu ego sto hodie*, Hinc altera illi laus, & quidem ab omnibus, qui cum eo versati sunt, quod ex hac tam attenta in se ac in præsentem vbique Deum oculos defigendi assiduitate, tantam æquitatem animi possederit, vt nemo in eo vnquam commoti animi signum animaduertret.

P. FRANCISCVS TRENTO.

Hispanus
Mexici. 18.
Maij. 1609.
ætat. 36.
Soc. 9.

Regula.

Hic purum pectus religione insigni semper atque attento studio custodiuit ad examinis legumque omnium apicem peruigili oculo stans in specula super seipsum. Vnde siue domi, siue foris ageret, Deo, ac sui semper inter negotia omnia persanctè memor ita innocentia suæ stolam candi-

dam conseruauit, & præter pretiosum virginæ integritatis thesaurum, nullâ etiam alia labe mortali vnquam conscientiam inquinauit. Hic nimium ignis erat, quem ille suâ illâ humilitate atque modestiâ veluti sub cinere tuebatur.

IOANNES MARTINVS COADIVT.

Hispanus
Cæsar. au-
gustæ 18.
Maij. 617.

Oratio

Hoc die hunc charitati agris impensè immortuum reperio, cuius virtutes luculenter exequitur Collegium Cæsar-augustanum dum illum *o nium virtutum imaginem* vocat. Iuuat particulatim adnumerare ipsius epistolæ verba: Apprimè videtur, inquit, expressisse rerum ac virtutū omnium imaginem, quas nostræ sanctiones exigunt ab huiusmodi hominibus. Instrumentum erat commune moderatorum ad omnia temporalia munera diligenter exercenda, vt commissio illi negotio, curâ omni essent vacui. Studiosissimus pauperratis, rei neglectæ custos vigilantissimus, laboris patientissimus obedientiæ singularis, pari erga omnes animo, disciplinæ sollicitus, aculator sui, nullius increpationis auersor, circumspectus, modestus admodum. Attulit ei mortem charitatis officium, quo die noctuque incumbebat agrorum nostrorum curationi: desideratus homo, temporarijs rebus vtilissimus, & tyronibus, & veteranis documentum, & calcar pietatis nostris constitutionibus expressum.

Hispanus
Madrid.
Maij. 1578

B.P.
Mort.

Gallus P.
trocorici
19. Maij.

Mort.

Oratio.